



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 10. Adolescentem vi è religione rapiens, à Iudice negligente & iniusto  
non damnatus, ad diuinæ iustitiæ sententiam euocantus, risum amarum  
amara morte luit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

sua quoque tunc vita penderet. Nam cor  
reptus morbo , qui animam eius , decimo  
quarto, ab eo, quo ad iudicium vocatus est,  
die , ad Rhadamanthum expulit , verè sensit,  
ridentes à Deo irrideri , rectiusque se factu-  
rum fuisse, si, quod Martyri falsò prædixit,  
sibimet ipsi cecinisset, ac in tempore resipu-  
isset. Sed, vt D. Gregorius ait , *habet hoc pra-*  
*uorum malitia, ut cum vera in se flere mala*  
*renuit, fingat aliena: Nam, quasi solatio faci-*  
*oris utitur, si, falsis vocibus, & vita corripio-*  
*antis inquinetur.*

S. Gre-  
gor. lib.  
10. Mo-  
n. c. 3.

## §. X.

*Adolescentem vi è religione rapiens à Iudice ne-  
gligente & iniusto non damnatus, ad diuina  
iustitiae sententiam euocatus risum ama-  
rum amara morte luit.*

Them.  
Canti-  
prat. lib.  
2. Apum.  
c. 35. §. 2.

Alterius etiam caussâ , vadimoniū con-  
stituit apud doctū & pbatæ fidei scriptorē,  
alius ; de quo eiusdem temporis author ita  
scribit : *Monasteriū S. Iacobi apud Leodium,*  
*notū multis est & acceptū. Istud quidam ado-*  
*lescens consobrinus maioris Præpositi, causa de-*  
*notionis & religionis, intravit. Quod ut audiuit*  
*præpositus, indignè tulit: mandat Abbatire-*  
*mitti consobrinum, per clericos: renuit ille.*

Tunc

Tunc Præpositus, forti manu collecta satellitā, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem & nudatum sancto habitu, induit seculari. Abbas ergo Monasterij, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo queritur, & totum clerum, protantis iniurijs, interpellat. Hoc cum indignanter vix vellet audiire Episcopus, & Abbatem potius ducris verbis impeteret: flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum, dixit Præposito: Iudicem contrate, ô Præposite, in terra habere non possum, & ideo contrate Deum summum iudicem interpello, ut infra 40. dies uterq; nostrum compareat, coram illo, sententiam pro meritis acceptans. Ad hoc Præsul cachiannans cum suis irrisit hominem atq; spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? 40. die, circa nonam, mortuus est dictus Abbas: & cū pro eo solemniter pulsaretur, sedens in balneo Præpositus, quæsuit à circumstantibus, quid hoc esset? Mox quidam ingrediens, & requisitus de sonitu campanarum, respondit, Abbatem S. Iacobi modo esse defunctū, & pro eo pulsationem fierit am solemnem. Illico recordatus Præpositus, quadragesimam diem esse, qua se citatum, coram summo indice, audierat ab Abate, consternato animo, dixit suis: Citò vide, quid faciam, mortuus ego sum: compare-

re me hodie summi iudicis conspectibus oportebit. Nec mora, post verba hæc, cum balneum egredi festinaret, in astantium manibus, cum diro eiulatu, & vocibus, expirauit; ibi procul dubio respondere compulsus, ubi causarum strepitus cessant, iurisperitorum aduocatio continevit; ubi nec preces, nec precium liberabunt, ubi nec interlocutoria iudicis sententiam protelabunt. Clarè hinc perspicitur, et si iudices, in hoc Mundo, officio suo desint, non tamen deesse Deum, qui iudicet; eumque Præpositis, ac Principibus longè esse potentiores.

## §. XI.

*Voluisse quidem Deum ordinariè hominibus futura esse incerta; sàpe tamen etiam profuisse, ut de hora mortis certiores redderentur.*

Socrates sapientiæ, apud profanos, si Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio, lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt, ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos- cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum Eu- seb. I. esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

ter-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,  
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem  
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,  
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-  
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum  
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-

Xenophō mulachrum, teste Xenophonte ac Eusebio,  
lib. de di- hanc pronunciauit sententiam, cognitionem  
etis & fa- futurarum rerum, quæ in potestate Dei sunt,  
ctiis So- non esse hominibus procurandam: neq; enim pos-  
cratis. se homines eas res cognoscere, nec Deo gratum  
Eu- esse, si quæ ille occultauit, ea mortales velint nimis studiose curioséq; cognoscere. Immo & ipse Christus, cum discipuli eius curiosa in-